



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De vsura exteriori implicita c. 31.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

accipit à principibus in pignus terras, & loca eorum fructificantia, totum mutuum sine periculo cōseruando: vel denique qui darvno tempore triticū vt alio quādo plus valet, tantūdem accipiat, vsuram cōmittit: quorū omniū ratio est; quia accipitur aliquid pecunia æstimabile ob mutuū vltra fortem: potest tamen quilibet fundū quē in feudū alteri dedit, in pignus mutui ab illo accipere, & gener rem quamuis frugiferam in pignus dotis à focero; & vterque: fructus earū rerum recipere capitali saluo. Ita. n. iura permittunt sine vsuræ culpa quia leges, & Pontifices hos duos casus ab vsura faciūt imunes

*De Vsura exteriori implicita.*

*Cap. 31.*

**S**olet vsura variis modis palliari: & mutuū in ea occultari. Pri. ratione vēditionis: vt cū

fingitur vendi quod non est: e  
 xempli causa, ille fingit dare agri  
 colæ quiuquaginta aureos pro bo  
 bus, quos non habet, deinde fin  
 gisse locare boues pro quadragin  
 ta: ista est vera vsura, vel cum quis  
 vendit rem plus summo pretio  
 propter expectatam solutionem,  
 vel vilius emit iusto seu infimo  
 pretio, propter anticipatam. Ali  
 quando occultatur etiam ratione  
 solutionis, vt cum quis dat alicui  
 centum aureos post annum red  
 dendos, & quia statim reddit, dat  
 octoginta, petens sibi reliqua vi  
 ginti condonari, hæc enim vsura  
 est, si ratione temporis fiat, secus  
 si ratione periculi, vel absentia il  
 lius pecuniæ quæ ratione periculi  
 minus valet quam præsens, ali  
 quando etiam occultatur sub titu  
 lo emptionis & venditionis, vt  
 cū mercatores expectata solutione  
 vendunt aliquid summo pretio  
 & statim illud redimunt præsent

pecunia

pecunia, infimo pretio. Denique mutuum occultatur sub titulo societatis, ut cum quis dat negotiatori pecuniam hac lege, ut det lucri partem, & pecuniam integræ maneat ipsi soluendæ, sic ut ipse periculum subire nolit, ut & illi faciunt, qui dant campfori pecunias, lucrum sine capitalis periculo petentes: in eo enim semper usura reperitur, quia mutuum cum lucro interuenit.

*De causis propter quas lucrum in mutuo exigere potest. Cap.*

32. 33. & 34.

**Q**uatuor potissimum de causis lucrum aliquod ex mutuo exigere potest. \* Primo, In penam solutionis, si mutuarius statuto tempore non soluat, quod tamen ut fiat licite, præter rectam intentionem quæ debet interuenire ex parte mutuantis, quali

T